

les educación, pulimento y belleza. ¿Para qué? ... ¡Para que cuando el sér se alce como un semidiós sobre las ruinas del templo corpóreo, el golpe de la muerte lo hunda para siempre; para que nada subsista de este universo, cubierto de cadáveres y llorando en toda su inmensidad; para que sólo quede el espíritu de un mundo solitario que siembra eternamente sin recolectar nunca! ¡Una eternidad mirando desesperadamente á otra eternidad; y en todo el universo espiritual, ni finalidad, ni objeto! Y todas estas contradicciones, todos estos enigmas que rompen no sólo la armonía, sino hasta las cuerdas de este instrumento llamado mundo, ¿es preciso aceptarlos únicamente por causa de algunas dudas que no se resuelven aun aceptando la teoría de la aniquilación? ... ¡Mi querido Carlson! En esta armonía de las esferas, armonía que nos envuelve sin avasallarnos, ¿pretende usted lanzar una nota horriblemente discordante?—¡Mire cómo se retira el día dulcemente emocionado, y cómo va descendiendo la noche misericordiosa! ¡Ah! ¿No puede usted creer que nuestras almas surgirán del polvo, como vimos surgir la luna llena por encima del cráter del Vesubio?...

“Giona le cogió una mano y le dijo:

—“Entre todos nosotros, ¿pretende usted ser el único que ha de sufrir las torturas de esa creencia desesperante?

“Dos lágrimas abrasadoras se escaparon de sus pupilas ciegas; miró á las montañas y exclamó:

“No puedo aceptar la idea de otro aniquilamiento que no sea el mío. Mi corazón está con ustedes, la cabeza lo seguirá lentamente.”

(Continuad)

LA IGLESIA

ÓRGANO OFICIAL DE LA ARQUIDIOCESIS DE BOGOTÁ

Año V—Vol. V

Abril 1.º de 1910

Núm. 5

APOSTOLICA EPISTOLA

Ad Rmum. D. D. BERNARDUM HERRERA RESTREPO, Archiepiscopum Bogotensem Columbiæ Primatem ejusque Suffraganeos, ob episcopalem conventum Bogotæ celebratum.

VENERABILIBUS FRATRIBUS

BERNARDO ARCHIEPISCOPO BOGOTENSI EJUSQUE SUFFRAGANEIS

Bogotam in Columbia

PIUS PP. X

Venerabiles. Fratres, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Postremum Columbiæ Episcoporum cœtum illud etiam utilitatis religiosæ civilique rei peperisse lætamur, quod Sacrorum Antistitum diligentiam eo præcipue vocaverit, quo ætatis ratio catholicorum studia suadet potissimum contrahenda. Prodire in multitudinem catholicos oportere sapienter censuistis, eideinque, non minus inopia quam insidiis circumventæ, ea institutorum providentia auxilio esse quam ACTIONIS CATHOLICÆ SOCIALIS nomine christiana caritas salutariter innoxit.

Consilia hæc vestra rem sane attigerunt bono cuique optatissimam et, hisce præsertim temporibus, cum ceteris civitatibus, tum etiam Columbiæ populis apprime necessariam. Periculum enim subest ne, etiam penes gentem vestram, impii abutantur miseræ plebis angustiis, ut ejusdem pessumdent mores et animos avertant ab Ecclesia,

quam versute insinuant egenorum negligentem. Fraudibus hujusmodi mature accurrendum ea operum varietate quam in pauperum subsidium infert actio christiano more socialis. Optimam hanc popularis beneficentiæ rationem, quam Decessor Noster Leo XIII litteris encyclicis *Graves de communi* datis die XVIII Januarii an. MDCCCCI apte definiendo explicavit et catholicis universis maxime commendavit, Columbix populis salutarem confidimus futuram, dummodo actuosæ catholicorum caritati vim augeat mutua omnium in unum conspiratio, et dummodo singulorum studia Ecclesia moderatrice constanter explicentur. Eidem vero provehendæ magni sane intererit ea fovere instituta, quæ catholicis præsto sunt, augendæ explicandæque caritati perutilia. Opificum dicimus sodalitia, arcas nummarias ad rucolarum mutuaciones, consociationes sive ad opem mutuo ferendam, sive ad relevandas calamitates ex operis labore obventuras, sive demum ad privata fovenda operariorum compendia, et id genus alia quæ, Ecclesia auspice, sunt in subsidium miseræ plebis comparata. Sed negligenda non sunt, quæ fert ætas, socialis actionis evolvendæ adjumenta. Utilitates porro haud exiguas præbet ars typographica: libri, diaria ac similia in vulgus data, medium sunt aptissimum instituendæ plebi. Hisce maxime (et quod sane est vehementer dolendum) mipune abutuntur adversæ partes, ad errorum spargenda venena, ad concitandam seditiose multitudinem eamque, ausu temerario, a religione abducendam. Duplex inde officium catholicorum, qui et a scriptis hujusmodi omnino prohibentur, et compelluntur ad ea studiis omnibus fovenda quæ nonnisi catholicam redoleant doctrinam. Ita fiet profecto ut populo multo plures suppetant cautiones a corruptela et ut religiosæ civilisque rei jura majori cum proventu defendantur.

Actio catholica socialis quam naviter fovendam suscepistis, insignem, Venerabiles Fratres, dat vobis tuendam

causam: causam scilicet eorum qui in calamitosa versantur fortuna, quorum, divino consilio, constituti estis adjuutores et patres. Quidquid operis in ea impenderitis, optime vos collocasse pro certo habeatis, itemque de religione æque ac de civitate optime meritis, imaginem egregie prætulisse Boni Pastoris qui PERTRANSIT BENEFACIENDO.

Auspiciem cælestium munerum, alacritatis solatiique argumentum, Apostolicam Benedictionem vobis omnibus, Venerabiles Fratres, et cujusque vestrum clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die VI Januarii MCMX Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X

CARTA DEL SUMO PONTIFICE

Al Illmo. y Rmo. Sr. D. D. Bernardo Herrera Restrepo, Arzobispo de Bogotá y Primado de Colombia y á sus Sufragáneos, con motivo de la conferencia episcopal celebrada en Bogotá.

A LOS VENERABLES HERMANOS

Bernardo, Arzobispo de Bogotá, y á sus Sufragáneos.

Bogotá, Colombia.

PIO X, PAPA

Venerables Hermanos, salud y Bendición Apostólica.

Motivo de gozo ha sido para Nós, el que la reciente reunión de los Obispos de Colombia, fuera de otros bienes que ha traído á la sociedad civil y á la religiosa, haya llamado la atención de los prelados hacia un punto al cual, según lo demanda la condición de los tiempos presentes, deben encaminarse los esfuerzos de los católicos. Habéis juzgado sabiamente que es el caso de que ellos acudan al pueblo, hoy no solamente afligido de la miseria, sino expuesto á graves peligros, para prestarle auxilio

por medio de aquel linaje de instituciones nacidas de la caridad cristiana y conocidas con el nombre de ACCIÓN CATÓLICA SOCIAL.

Estos propósitos vuestros se refieren á un asunto muy del agrado de todos los buenos y, en la actualidad señaladamente, de gran necesidad así en las otras naciones, como también en Colombia. Es de temerse, en efecto, que los impíos procuren, como lo hacen en otras partes, abusar también entre vosotros de los ahogos en que se encuentran las clases desvalidas, para pervertir sus costumbres y alejar sus corazones de la Iglesia, á quien maliciosamente representan como indiferente á la suerte de los pobres. A tales maquinaciones es menester resistir oportunamente con las varias obras que, para alivio de los menesterosos, ha establecido la acción social que se inspira en los principios cristianos. Confiamos en que este género de beneficencia popular, definida y explicada con exactitud y recomendada á todos los católicos por nuestro Predecesor León XIII en su Encíclica *Graves de communi* del 18 de Enero del año 1901, habrá de ser grandemente saludable al pueblo colombiano, en especial si á la activa caridad de los católicos se junta, para comunicarle mayor eficacia, la uniformidad de pareceres y propósitos, y si en el desarrollo de los trabajos se tiene siempre en cuenta la autoridad de la Iglesia. Convendría, pues, á este fin fomentar aquellos institutos, ya usados por los católicos y muy propios para aumentar y desarrollar la caridad, como son las sociedades de obreros, las cajas rurales, las asociaciones de mutuo auxilio, las que tienen por objeto acudir á sus miembros en las desgracias que suele ocasionar el trabajo ó favorecer en los obreros el hábito del ahorro, y otros por el mismo estilo que, bajo los auspicios de la Iglesia, se han fundado y sirven eficazmente al alivio de los indigentes. Tampoco deben omitirse otros medios con que la edad presente nos brinda para dar incremento á la acción social.

El arte tipográfico trae consigo no pequeñas ventajas: los libros, los diarios y otras publicaciones de este género son medios muy apropiados para promover la educación del pueblo. De este medio (cosa digna de lamentarse) abusan impunemente los adversarios, ya para esparcir el veneno del error, ya para concitar los pueblos á la sedición y, con dañado intento, sustraerlos á la influencia de la Iglesia. De donde nace un doble deber para los católicos, quienes por una parte deben abstenerse de leer aquellos escritos, y por otra, favorecer con decidido celo los que tienen por objeto propagar la doctrina católica. De esta suerte hallará el pueblo mayores facilidades para precaverse de la corrupción, y se defenderán con mejor éxito los derechos de la sociedad, tanto religiosa como civil.

Al implantar entre vosotros, como lo intentáis, la acción católica social, os hacéis, Venerables Hermanos, patronos de una causa insigne, á saber, la causa de aquellos á quienes oprime la adversa fortuna y de quienes, por divino consejo, estáis constituídos en padres y ayudadores. Tened por cierto que cuantos desvelos empleareis en tal causa, estarán bien empleados y que, mereciendo así bien de la Religión y de la Patria, representaréis dignamente al Buen Pastor, que PASÓ HACIENDO EL BIEN.

Como prenda de los favores celestiales, á la vez que motivo de consuelo y estímulo de vuestra actividad, os impartimos á vosotros, Venerables Hermanos, y al clero y pueblo confiado á vuestra solicitud, la Bendición Apostólica.

Dada en Roma, en San Pedro, el día 6 de Enero de 1910, año séptimo de Nuestro Pontificado.

PIO X, PAPA

S. CONGREGACION DE RELIGIOSOS

(Declaración acerca de los requisitos indispensables para que los clérigos regulares puedan recibir las Sagradas Ordenes)

El artículo sexto del decreto *Auctis admodum* dado por el Sumo Pontífice León XIII (d. s. m.), dice, entre otras cosas, lo siguiente: "Los (religiosos) profesos, ora sean de votos solemnes, ora de votos simples, no serán admitidos por los Ordinarios de los lugares á las Sagradas órdenes, sino cuando además de haber cumplido con las prescripciones que el Derecho señala para tales casos, presenten las letras testimoniales en las cuales conste que después de haber terminado los estudios reglamentarios que deben preceder á los de ciencias eclesiásticas, han estudiado sagrada teología durante un año siquiera si van á recibir el subdiaconado; dos años por lo menos si es el diaconado; y no menos de tres años si es el presbiterado.

Acerca del genuino sentido del anterior artículo fueron propuestas á la S. C. de Religiosos las siguientes dudas:

1.^a Si los Superiores de Ordenes é Institutos religiosos pueden dar lícitamente las consabidas letras testimoniales y los Obispos ú Ordinarios aceptarlas, cuando los años á que se refiere el artículo precedente no haya n sido completos ó verdaderamente académicos y escolares, sino abreviados, no por incuria, sino porque fueron omitidas las vacaciones, ó multiplicadas las horas de clase, ó por cualquiera otra causa.

2.^a Si los alumnos pueden ser promovidos al subdiaconado, al diaconado, ó al presbiterado, según el caso, tan pronto como hayan terminado el curso teológico de uno, dos ó tres años, es decir, al empezar las vacaciones que siguen inmediatamente al año escolar, ó sea antes de haber transcurrido los doce meses del año ordinario.

3.^a Si los alumnos que han terminado completamente el trienio teológico están obligados á vacar durante un año más, ó sea durante el cuarto año escolástico á los estudios teológicos.

4.^a Si las palabras "después de haber terminado los estudios reglamentarios que deben preceder á los de ciencias eclesiásticas" del decreto *Auctis admodum* se refieren únicamente á los estudios filosóficos (*seu licæalia*), ó también á los secundarios y de literatura (*gymnasialia seu humaniorum litterarum*), y aun á los de instrucción primaria.

5.^a Si es absolutamente necesario para ingresar al noviciado, que los aspirantes hayan terminado por completo los estudios filosóficos, literarios y primarios.

6.^a Si los estudios hechos no públicamente en colegios oficiales ó particulares, sino privadamente, tienen valor legal suficiente para que puedan de manera lícita ser expedidas y aceptadas las letras testimoniales.

7.^a Si para el valor legal de los estudios teológicos, filosóficos (*seu lycæalium*), secundarios y de letras (*seu gymnasialium et humaniorum litterarum*), basta que los alumnos sean peritos en teología, filosofía y lengua latina, ó si es menester que conozcan además aquellas materias accesorias que se enseñan con las primeras, en conformidad con el plan de estudios vigente en los Seminarios mejor ordenados de las respectivas Diócesis.

8.^a Si es necesario para que los Superiores regulares puedan dar lícitamente las letras testimoniales para la recepción de las órdenes Sagradas, y para que los Obispos ú Ordinarios puedan aceptarlas, que en dichas letras conste que los ordenandos han terminado por completo el curso, ó los cursos teológicos, filosóficos, secundarios y literarios, y la razón en que se funda dicho testimonio.

La S. Congregación, por mandato especial de N. B. P. el Papa Pío X, respondió:

A la 1.^a *Negativamente*. Cualquiera abreviación de los

los estudios inferiores: a) que el candidato después de haber terminado perfectamente los estudios de instrucción primaria, ha hecho el curso completo de literatura en tal escuela, estudiando durante tantos años académicos ó escolares, y que ha sido aprobado en el examen final; b) que el candidato después de haber terminado perfectamente los estudios de literatura, ha hecho el curso completo de filosofía en tal escuela, estudiando durante tantos años académicos ó escolares, y que ha sido aprobado en el examen final.

Por último, manda el Sumo Pontífice que, salvo lo preceptuado en el presente documento respecto de la integridad y duración de los estudios, la Sagrada Congregación después de haber obtenido de los Superiores Generales el elenco de las materias asignadas en las respectivas Familias religiosas á cada uno de los años académicos ó escolares, el cuadro de las horas señaladas á cada una de las clases y otras informaciones oportunas, escriba la Instrucción de estudios que habrá de ser fiel é íntegramente observada por los clérigos de las Ordenes ó Institutos religiosos. Dicha Instrucción será examinada en sesión plena por los Emmos. Padres de la Congregación, y una vez aprobada por el Sumo Pontífice, se publicará oficialmente.

No obsta lo que haya en contrario aunque sea digno de especial mención.

Dada en Roma, en la Secretaría de la S. Congregación de Religiosos, el día 7 de Septiembre de 1909.

Fr. J. C. Card. VIVES, *Prefecto.*

D. L. Janssens, O. S. B., *Secretario.*

S. C. DEL CONCILIO

El Illmo. Señor Obispo de Beauvais (Francia) preguntó el 21 de Marzo de 1909 á la S. Congregación del Concilio lo siguiente:

"Si los sacerdotes ó los laicos pueden, sin que lo sepa el Obispo, recibir legados píos, administrarlos por sí mismos y cumplir las obligaciones prescritas en tales mandas."

La S. C. respondió el 7 de Agosto de 1909, así:

"Todas aquellas personas, ora sean eclesiásticas, ora sean seglares, á quienes se hayan confiado legados píos, tienen obligación de dar cuenta de ello al Obispo, y lo más pronto posible, porque al Obispo corresponde el derecho de vigilar por la buena administración de dichos legados y de proveer á la seguridad de los mismos."

JULIO GRAZIOLI,
Subsecretario.

CÆREMONIALE PAROCHORUM

Juxta novissimas Apostolicæ Sedis sanctiones concinnatum

(Continuatio)

18. Hisce absolutis, sacerdos demittit sinistram manum super corporale, in ea retinens (inter indicem et medium) patenam planam, atque liberis dexteræ digitis calicem accipit infra nodum, dicens *Calicem salutaris* etc.

19. Deinde erectum dextera elevat calicem, ita ut ejus summitas altitudinem non excedat oculorum, eodemque se cruce signat, ut de hostia superius dictum est, pronuntians verba *Sanguis* etc. caputque ad *Jesu Christi* inclinans, juxta regulam generalem (D. 285o).

20. Signo crucis expleto, præfatam elevat patenam sub calice, proximius ad mentum, eam horizontali modo sustinens, ut si qua decidat ex ore gutta sanguinis, recipe-

re eam valeat; et stans erectus reverenter sumit, unico haustu vel duobus aut tribus, ss. Christi sanguinem, una cum particula, quæ immissa antea fuit in calicem, sine aspiratione et sine elevatione capitis versum cœlum; advertens decentius omnino esse ut calicem ab ore non removeat ante integram sumptionem, ob periculum effusionis. (1)

21. Ab alio quoque cavebit defectu, qui in eo consistit, ut sumens sanguinem ita nimis elevet pedem calicis, ut a circumstantibus supra sacerdotis caput possit videri.

22. Sumpto sanguine, si particulae sint super corporali consecratae, nec communio distribuenda, nec pyxis pro novis hostiis purificanda sit, post sumptionem, particulae ponuntur in pyxide, vel major hostia in lunula et theca, quæ (vel ostensorium) in tabernaculum reponitur; dein colliguntur fragmenta, etc. In reliquis casibus, scilicet quando particulae in pyxide sint consecratae, vel super corporali, et pyxis sit purificanda, vel communio distribuenda, reponuntur post sumptionem sanguinis, vel post distributionem communionis (quæ fiat de particulis modo consecratis), vel purificationem pyxidis. In singulis casibus, genuflexio facienda est antequam particulae tangerentur, aut post aperitionem tabernaculi vel pyxidis quæ continent particulas; item genuflectitur post repositionem, antequam tabernaculum claudatur. Calix missæ maneat coopertus super corporali ad latus evangelii, dum hostiæ in ciborium vel tabernaculum reponuntur, aut communio distribuitur.

23. Post sumptionem sanguinis, statim (2) absque

(1) Si hostiæ particula, quæ in calice est, in imo calicis remaneret, vel adhereret parietibus cuppæ, illa una cum vino, quod purificationi inservit, sumatur.

(2) Sacerdos non debet aliquantulum quiescere in meditatione Sacramenti, quemadmodum id præscriptum habetur post sumptionem hostiæ, caveat tamen ab omni præcipitantia in porrigendo calice.

meditatione, dicit secreto: *Quod ore sumpsimus*, etc.; et interim sinistram, quæ patenam continuo retinet, reponit super corporale; dextera autem tenet calicem super altare, non extra, si fieri possit (S. R. C. 12 jul. 1901), ita tamen ut pes calicis altare non attingat, porrigens eum ministro, ut ab ipso infundatur ob purificationem vinum, quod tantisper circumagit, ut sacræ species cuppæ adhærentes vino commisceantur, statimque mento supponens patenam, purificationem sumit, ex eadem calicis parte, per quam sanguinem accepit.

24. Deinde patenam retro et calicem ante, super corporale deponit; indices et pollices utriusque manus cuppæ imponit, ac reliquis digitis complectitur cuppam, et caute calicem sustollens se confert in epistolæ cornu (1), ubi infunditur ablutionis vinum et aqua in calicem, ita ut abluantur pollices indicesque digiti in cuppam aliquantulum inclinati, quos confricat simul, dicens *Corpus tuum, Domine*, etc. (2)

25. Infusis aqua vinoque propter ablutionem digitorum, calice ambabus manibus paululum sublato, ut minister animadvertat, cessandum, esse ab infusione, digitis semper ut antea cuppæ superpositis, celebrans se versus medium altaris transfert, calicem corporale inter et purificatorium ponens. Ibi consistens digitos super calicem leviter excutit, et dextera manu prehensio purificatorio, hoc super sinistræ ponit digitos, adhuc supra calicis cuppam positos, quos inde sublato, cum digitis dextræ, purificatorio abstergit, procedens ad medium altaris. Hic, digitis abstersis et disjunctis, calicem dextera accipit manu, ad-

(1) Communis auctorum sententia est, sacerdotem transire debere ad cornu epistolæ ad digitos abluendos in missa privata; non autem in missa solemni, sive ss. Sacramentum sit expositum, necne.

(2) Laudabilis est praxis parum vini et satis aquæ in ultima ablutione infundendi; attamen numquam a vino abstinendum est, sed saltem nonnullæ guttulae in rubricæ obsequium sunt instillandæ.

movetque ad os, tenens sub mento ipsum purificatorium, æque pendulum ab utraque manus parte, et ita ablutionem sumit.

26. Deinde, deposito calice in medio corporali, labia purificatorio leviter abstergit, ac mox etiam calicem tenens cum sinistra ad nodum, ipsum dextera purificatorio mundabit. Attendat autem sacerdos in purificando calice, ne illum premat valde, vertat revertatque, quod permulti facere solent: quæ tamen praxis non modo est superflua, sed et noxia vasis sacris, quorum inauratio brevi tollitur, et adstantibus ridicula simul ac fastidiosa.

27. Postremo, reposito sinistra manu calice extra corporale in cornu evangelii, purificatorium super ipsum extendit (D. 3368), eique dextera patenam superimponit, ac pallam patenæ. Postea corporale ambabus manibus replicat, dextera accipit bursam, eamque in medio altaris sinistra apertam tenet, dextera recondit corporale in bursam, quam planam, cum aperta parte versus se, super altare relinquet; inde dextera manu velum suscipiet, et ambabus manibus calici illud imponens, hunc anteriori ex parte usque ad pedem operiet, bursam superimponet, et calice sinistra manu sub velo in nodo apprehenso; dextera supra bursam ne decadat extensa, in medio altari illum collocabit, animadvertens, calicem anteriori ex parte totum velo esse tegendum, uti ex rubrica colligitur, et aperte jubet S. R. C., n. 1379.

ARTICULUS XI

De antiphona dicta "Communio," et orationibus quæ sequuntur

1. Sacerdos, calice ita composito, redit ad missale, jam relatum in epistolæ cornu (quo illud a se ipso transfert, si minister absit vel sit ineptus, ut alibi dictum est, cruci caput inclinans): folia missalis ipsemet vertit (D. 3448), et stans, junctis manibus, clara voce, legit antipho-

nam, quæ dicitur *Communio*. Dein iterum accedit ad medium altaris, junctis manibus, et eo osculato, vertens se ad populum, demissisque ad terram oculis, extendit manus et eas statim rejungit ante pectus, dicitque *Dominus vobiscum*.

2. Redit statim ad librum, dicit orationes post communionem, eisdem modo, numero et ordine, ut supra dictæ fuerunt collectæ ante epistolam (1). Postquam ultimæ orationis conclusionem totam recitavit (2), ambabus manibus claudit missale, eumque ponit in medio pulpiti clausum, eo modo, ut apertura medium altaris respiciat. Si aliud evangelium ac S. Joannis in fine erit dicendum, finita oratione, librum apertum relinquit.

3. Deinceps revertitur ad medium altaris, ubi, eo osculato, vertit se ad populum, et dicit *Dominus vobiscum*. Si antea dixerit *Gloria in excelsis*, consistens manibus junctis ante pectus, versus populum subjungit statim: *Ite, missa est*; infra octavam paschalis cum duplici *Alleluia* in fine; et a parte epistolæ se revertit ad medium altaris. Quod si dicendum sit *Benedicamus Domino*, tunc hæc verba dicit semper manibus junctis ante pectus, sed versus ad altare, statim post *Dominus vobiscum*; idem faciet in missis defunctorum, dicens *Requiescant in pace*.

(1) Evenire interdum potest, ut celebrans obliviscatur alicujus ex præscriptis commemorationibus, et illius recordetur vel in dicendis secretis vel *Postcommunio*: hoc in casu, primam, quæ est extra locum omittens, dicat secretam et postcommunionem ubi tunc consistit (Cfr. Zualdi), quamvis alii contrarium sentiunt.

(2) Tempore quadragesimæ, a feria iv hebdomadæ majoris, in missis ferialibus, tum cum sacerdos dixerit orationes post communionem, finita ultima conclusione, stans ante librum, dicit more solito *Oremus*, *Humiliate capita vestra Deo*, caput interea semel versus crucem inclinans, manusque expandens et jungens. Tum manibus extensis subjungit eadem voce orationem super populum: qua finita osculabitur altare in medio etc.

ARTICULUS XII

De benedictione et evangelio S. Joannis

1. Sacerdos igitur, conversus ad altare, caput profunde inclinat, junctas manus supra mensæ frontem ponit, et dicit secreto *Placeat* etc. Quo dicto, extensis manibus hinc inde super altare positus, ipsum in medio osculatur: tum erigens se, adhuc stans versus illud, elevat ad cælum oculos et manus, quas extendit et jungit, caputque cruci inclinat, et intelligibili voce dicit: *Benedicat vos omnipotens Deus*.

2. Statimque manibus junctis ante pectus, demissisque ad terram oculis, se vertit ad populum ab eadem parte epistolæ: et posita sinistra manu extensa infra pectus, dextera manu extensa, junctisque digitis, benedicit populo, semel faciens super eum signum crucis. Cum dicit *Pater*, manum ad lineam elevat usque ad oculos, cum dicit *et Spiritus* eandem manum ad sinistram, cum dicit *Sanctus* ad dexterum humerum admoveat.

3. Responso *Amen* a ministro, celebrans, junctis manibus, perficit circulum, se vertens in cornu evangelii, ubi stat oblique (D. 3792), dextero quasi latere ad altare converso. Ibi dicto *Dominus vobiscum*, et a ministro responso *Et cum spiritu tuo*, pollice dextero, dum profert *Initium* aut *Sequentia*, signat librum, in casu quo adsit, aut tabellam, vel altare (1), posita interim sinistra super librum, si eum signet, aut super altare, si signet hoc vel tabellam; dein, posita ipsa sinistra manu infra pectus, altera manu parvo signo crucis munit se in fronte dicens *sancti evangelii*; dum signat os nihil dicit, et dum signat pectus dicit

(1) In missa coram ss. Sacramento super mensam altaris exposito celebrans non signat altare (rubr. special. in Cena Dni.), sed, si commode fieri potest, tabellam evangelii.

secundum Joannem, et junctis manibus legit evangelium. Cum dicit *Et Verbum caro factum est*, manus disjungit, et hinc inde super altare ponit extensas, et dexterum genu flectit versus cornu evangelii, statimque surgens reliqua profert. Sed si evangelium e missali legerit, claudit librum et ponit cum apertura versus medium altaris.

4. Sic missa finita, immediate, manibus junctis, oblique descendit ad secundum altaris gradum, ut ibi genuflexus, etiam ad orationem, dicat preces præscriptas post privatas missas, nempe ter *Ave, Maria*, semel *Salve, regina*, V. *Ora pro nobis*, orationem, et invocationem ad S. Michaellem archangelum. (1)

(1) Preces, quas post missam privatam, etiam de requie, Leo Pp. XIII (6 jan. 1884, *Urb. et Orb.*) et S. R. C. (11 sept. 1903) recitandas præscripserunt (non autem post missam conventualem etsi lectam, quia equiparatur solemni D. 3697, neque post missam exsequialem, vel missas in *Memoriali Ritu* Bened. XIII contentas, quamvis sine cantu), dici debent a celebrante immediate post ultimum evangelium (S. R. C., 7 dic. 1900), ita ut aliæ preces interponi nequeant, juxta decisionem (D. 3682): et si missa absoluta, rosarium a populo recitandum non sit finitum, celebrans dictas preces recitet cum ministro solo (S. R. C., 7 dec. 1900 ad 3). — Immediate, ut diximus, post missam, celebrans oblique manibus junctis ab altari descendat (potest tamen ad medium altaris prius accedere, et cruci reverentiam facere, quæ in casu neque præscribitur, neque prohibetur, juxta decr. 3637), et descensus ad secundum altaris gradum, in ora suppedanei genuflectit (potest etiam in planum descendere, et in infimo altaris gradu juxta decr. 3637 genuflectere, præsertim si post missam aliqua functio peragenda foret); alternatim cum populo preces recitabit (curandum est, ne forte tabula in quibus preces continentur editæ sint sine approbatione secretariæ S. R. C., Cf. D. 22 febr. 1901). Preces hujusmodi, licet post actum antonomastice liturgicum sint præscriptæ, actum nihilominus liturgicum non constituunt, cum in nullo ex codicibus liturgicis inscriptæ inveniantur. Nulla autem lex vetat, quominus prædictæ orationes idiome vernaculo recitentur; dummodo versio sit fidelis, et ab Ordinario approbata (S. R. C. 5 mart. 1904 ad 5). Post præceptas has preces recitare licet ex consuetudine vel privata devotione trinas invocationes *Cor Jesu*

5. Post dictas preces redit sacerdos ad altaris medium, subleuat et plicat ambabus manibus super bursam ab imo veli partem pendentem ante calicem: quo apprehenso sinistra manu, et superimposita bursae explicata manu dextera, vertit se ad cornu epistolae, paululum recedens e medio ad partem evangelii, descendit de altari ante infimum gradum, ubi altari caput, non autem corpus, profunde inclinatur, vel si in eo adsit tabernaculum ss. Sacramenti, vel reliqua s. crucis sit patenter exposita, genuflectit unico genu in plano (D. 2682), accipit biretum a ministro, caput cooperit, ac praecedente eodem ministro, eo modo quo venerat, redit ad sacristiam (1), interim dicens antiphonam *Trium puerorum* et canticum *Benedicite*, quod proseguitur dum se sacris vestibus exuit. (2)

6. Sacerdos, ut ad sacristiam pervenit, calicem adhuc retinens, capite cooperto, profunde inclinatur caput imagini

